



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY



DE
ANDOCIDIS ORATIONE QUAE EST DE PACE.


DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM
VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
UNA CUM THESIBUS A SE PROPOSITIS
DIE IX. M. DECEMBRIS MDCCCLXXVI HORA XII
PUBLICE DEFENDET

WALTHERUS FRANCKE
CIZENSIS (SAXO-BORUSSUS).

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

MAX EBELING, STUD. THEOL.
MAX ERBE, STUD. PHIL.

HALIS SAXONUM
FORMIS PLOETZIANIS
MDCCCLXXVI.



Salisbury fund.

Cum imprimis Kruegeri [1]) opera factum sit, ut nemini iam liceat, orationem quae fertur de pace cum Lacedaemoniis facienda propter errores, qui in ea insunt, veritati rerum factarum repugnantes Andocidi abiudicare, hoc reliquum est, ut exploremus, num ratio dicendi, qua qui eam scripsit usus est, cum prima oratione Andocidea et secunda [2]) ita congruat, ut hanc quoque orationem re vera Andocidis esse iure colligamus. Ac fuerunt quidem iam ante nostram aetatem, quibus „idem ingenium et scribendi color" [3]) ex hac oratione atque ex reliquis illis elucere videretur. Sed ab iis omnibus, quamvis recte iudicaverint, orationes Andocideae parum accurate inter se comparatae sunt, quamquam ad huiusmodi quaestionem prudenter diiudicandam rebus vel minutissimis haud parvam vim tribui necesse est. Quae enim, cum per se maioris sint momenti ad Andocidis artem oratoriam dicendique consuetudinem demonstrandam, quasi ante omnium oculos posita sunt, ea rhetor aliquis vel quisquis alius orationem ad illius exemplum fingere volebat, sine ullo labore in

---

[1]) „Ueber das Historische in der Rede des Andokides von dem Frieden mit Beziehung auf die Echtheit derselben" apud Beckerum (Andokides übersetzt etc. 1832) p. 250—76. cf. Blass. Att. Beredsamk. I., p. 322 sq.

[2]) Quartam quae vulgo fertur Andocidis orationem spuriam esse nunc inter omnes constat. v. Blass. l. c. p. 325 sq.

[3]) Haec sunt verba Valckenaerii (Sluiteri Lectiones Andocideae p. 205). Qui vir doctus quam negligenter orationes Andocideas inter se comparaverit apparet ex verbis quae de quarta oratione fecit l. c. p. 24: „Vis dicendi," inquit, „in hac oratione elucet admirabilis et prorsus Andocidea." et p. 25: „Mihi quidem visus est idem stilus in hac oratione atque in reliquis, quae sine controversia sunt Andocideae, eadem dicendi vehementia, eadem libertas. Multa quoque insunt, quae uni videntur convenire Andocidi.'

suum usum convertere poterat; eorum vero, quae per se levioris momenti videntur esse, facile multa eum fugisse verisimile esset; quod idem recentioribus hominibus doctis accidit, ita quidem ut in emendationibus faciendis ea quoque removerent, quae Andocidi prorsus convenire intellegemus. Atque Blassius [1]), quamvis multus sit in rebus minutis tractandis, tamen, ut par erat, permultas quae afferri possent reliquit. Quae cum ita sint, non temere agere mihi videor, quod nunc ego Andocidis usu rhetorico et grammatico perlustrando huius tertiae et reliquarum orationum quae sit similitudo demonstraturus sum, etsi Kruegerus olim hanc operam supervacaneam esse censuit [2]). Idque ita faciam, ut praetermissis eis, quae in universum de Andocidis ratione dicendi a Blassio iam satis bene prolata sunt, statim ad singulas res illustrandas descendam.

Itaque ut haec commentatio via ac ratione procedat, cum de periodorum compositione quaeram, non curabo, qua ratione sententiarum habita Andocides hanc vel illam formam ambituum paraverit, quamquam non ignoro, varia rerum quae aguntur et sententiarum gravitate ac pondere varias periodorum structuras effici.

Atque Andocides, ut erat simplicis orationis amantissimus magnaeque artis expers, periodorum concinnitati, quam ab aliis illius aetatis scriptoribus mirum quanto studio excultam esse constet, tam parvam curam tribuit, ut praecepta quae de ea re a sophistis data erant partim sprevisse partim omnino ignoravisse videatur. Non quo ille nullas periodos concinnas finxerit, quandoquidem ipsis sententiis quae in medium proferuntur saepe orationis aequabilitas efficitur; sed plurimis certe locis eam repudiavit. Cuius consuetudinis ea tantum exempla afferam, ubi quae insunt inconcinnitates

---

[1]) l. c. p. 268 sq.

[2]) l. c. p. 276. „Auch können wir uns füglich der Mühe überheben, noch in rhetorischen und grammatischen Gründen deren sich nicht wenige auffinden lassen, Beweise für unsere Ansicht aufzustellen, eine Mühe, die ich jedoch nicht scheuen würde, wenn sich noch Stimmen *für die Unechtheit* der Rede erheben sollten.“

facile vitari poterant et quorum similitudo tam eximia est, ut unius eiusdemque oratoris ingenium clare ex iis eluceat. Quare eius imprimis generis structurarum rationem habebo, quae *λέξις κατεστραμμένη* vocatur. Ubi cum binorum vel plurium enuntiatorum aliud alio praeparetur, aliud ad aliud referatur, singulorum verborum et totarum partium aequabilitas si non necessario postulatur tamen saepe facillime parari potest [1])

Ac primum Andocides multarum periodorum concinnitatem perturbavit disparibus verborum et partium numeris variaque longitudine admissis. Qui usus frequentissimus est in eis narrationibus, in quibus res factae vel testimonia, quibus proferendis orator animos audientium in suam sententiam trahere studet, saepe nulla arte aliud ad aliud asseruntur, ut nullus omnino rhythmus efficiatur. Sed multo clarius illa ratio ibi cernitur, ubi plura enuntiata eaque aliquo modo inter se respondentia una comprehensione continentur. Jam haec sunt exempla: I. §. 8. [*ἄρξασθαι τῆς ἀπολογίας*] *πότερον ἐκ-λόγων*, |*ὡς παρανόμως με ἐνέδειξαν*| *ἢ περὶ τοῦ ψηφίσματος* —, |*ὡς ἄκυρόν ἐστιν*,| *ἢ περὶ τῶν νόμων καὶ τῶν ὅρκων τῶν γεγενημένων*. Vides primum enuntiatum et secundum ex binis partibus constare, quarum secunda quaeque ab *ὡς* initium habeat, tertium una contineri, quamquam per sententiam oratori licebat aequabilitatem omnium membrorum parare. III. §. 12. *ἐκεῖ μὲν-καθαιρεῖν*, ¦ *ἐν δὲ τοῖσδε-οἰκοδομεῖν·* ||*ναῦς ἐκεῖ μὲν-κεκτῆσθαι*, | *νῦν δ' ὁπόσας ἂν βουλώμεθα*|| *Λῆμνον-τότε μὲν ἔχοντας*, | *νῦν δὲ ἡμετέρας εἶναι*,|| *καὶ φεύγοντας νῦν μὲν οὐκ ἐπάναγκες-*, | *τότε δ' ἐπάναγκες*, | *ἐξ ὧν ὁ δῆμος κατελύθη*. Hae sunt quattuor antitheses, quarum tres binis membris continentur, quarta uno membro aucta est Quae eadem fere ratio exstat in hac enumeratione: III §. 20 *τεθνεώτων μὲν αὐτοῖς-τὸ πλῆθος*, | *τῆς δὲ γῆς-τετμημένης-*, | *χρήματα δ' εἰσενηνοχότες, ὧν στέρονται*, | *πολεμήσαντες δὲ κτλ·* tertia pars a ceteris differt apposito enuntiato relativo, quo oratio eo facilius carere poterat, quod paullo post Ando-

[1]) Ea inconcinnitatum exempla, quae ad certas quasdam figuras sermonis vitandas ficta videntur esse, afferentur p. 22 sq.

cides omnia illa, quae a Boeotis suscepta sint ad Orchomenios devincendos, frustra facta esse his verbis indicat: *καὶ ταῦτα μάτην πεπόνθασι.* Atque his tribus locis inter se simillimis eo maiorem vim tribui volo, quod aequabilitates iam per complures partes satis accurate servatas tandem praeter exspectationem perturbari ex iis intellegimus. Aliorum vero locorum, quorum quisque pauciores partes contineat, similitudo haud ita eximia est. Inter quos ei soli memoria digni sunt, ubi intra paucorum membrorum fines contraria contrariis opponuntur. Sunt enim ab Andocide antitheses nonnullae in morem Antiphontis [1]) ita paratae, ut rhythmus disturbetur eo, quod quae verba alteri membro cum altero communia sunt semel ponuntur; quo fit, ut longiores partes brevioribus excipiantur. I. §. 119. *τῆς μὲν οὖν σὺ ἐπιδικάζου, | τῆς δὲ ἐγώ.* Quorum membrorum quae est inaequabilitas eo memorabilior est, quod in altero alia forma verbi *ἐπιδικάζεσθαι* subaudienda est atque quae in altero legitur. III. §. 12. *καὶ φεύγοντας νῦν μὲν οὐκ ἐπάναγκες οὐδένα καταδέχεσθαι, | τότε δ'ἐπάναγκες.* Vides illius et huius antithesis secundam quamque partem ne *κῶλον* quidem integrum esse sed *κόμμα* brevissimum [2]).

Sed ut pergamus, Andocides in ea re sibi constat, quod non multum ei sermonis ornamento curae tribuit, quod positum est in aequabili verborum ordine. Nam cum alii illius aetatis scriptores summo studio enixi sint, ut quam verborum dispositionem in una parte periodi paraverant, eandem in reliquis servarent, tantum abest, ut Andocides in hac aequabi-

---

[1]) cf. Blass. l. c. p. 129.

[2]) Quam eandem consuetudinem Andocides in prima oratione servat, cum enuntiata conditionalia, quorum alterum positive alterum negative dicitur, inter se opponit ita, ut in secundo quoque membro legatur formula illa, ut ita dicam, *εἰ δὲ μή* nullo alio verbo apposito. I. §. 11 *ἐὰν ψηφίσησθε-εἰ δὲ μὴ κτλ.* §. 120. *εἰ μὲν σὺ βούλει·εἰ δὲ μὴ κτλ.* Quare placet mihi Reiskii coniectura eademque ad sententiam aptior quam quae lectio libris manuscriptis traditur: II. §.22 *εἰ δὲ βούλεσθε* pro *εἰ δὲ μὴ βούλεσθε.*

litate efficienda magnam artem consumpserit, ut nonnullorum ambituum concinnitates iam inchoatas subito sive de industria sive nullo consilio deleverit verborum ordinibus mutatis. Sed haec, quae dixi, maxima ex parte ad *λέξιν κατεστραμμένην* spectant.

Iam vero ut compluria de toto usu Andocideo verborum collocandorum dicam, orator ille in hac quoque re plerumque ad quotidiani usitatique sermonis consuetudinem accedit, et ne omnia quidem collocationum exempla quae aliquantum ab ea recedunt magnae artis speciem praebent. Quare non multa haberem quae de hac parte artis oratoriae dicerem, si in animo esset, ea tantum adumbrare, quibus Andocides ab aliis scriptoribus differret. Sed quoniam mea interest, ut unam eandemque dicendi rationem et in hac tertia oratione et in reliquis exstare quam plurimis exemplis afferendis comprobem, non metuo de iis quoque verborum collocationibus fusius disserere, quas etiam in aliorum scriptorum usu fuisse satis certum sit.

Ac primum cum aliorum tum Andocidis frequentissima consuetudo in eo est, quod verba, quae logica ratione quam arctissime inter se coniungenda esse putamus, modo breviore modo longiore spatio interiecto dirimuntur. Quae diremptio saepissime fit verbo dicendi, quod nos dicimus, vel simili inter verba enuntiati ab eo pendentis interposito: I. §. 5. *πολίτης δεξαίμην εἶναι.* §. 9. *ἄριστον καὶ εὐορκότατον νομίζητε εἶναι.* §. 17. *τὸν πατέρα ἔφη τὸν ἐμὸν παρεῖναι.* §. 47. *ἐν τῇ οἰκίᾳ φάσκων τὴν σύνοδον γενέσθαι.* §. 93. *τοῖς νόμοις ἐψηφίσασθε χρῆσθαι ἀπ᾽ κτλ.* al. III. §. 7. *ταύτας ἐξαιρέτους ἐψηφισάμεθα εἶναι.* §. 29. *κρείττω νομίσαντες εἶναι.* al. Deinde verbum illud quod dixi aliam vocem vel plures alias ad se adsciscit. I. §. 37. *καὶ τούτοις-δέομαι ὑμῶν προσέχοντας νοῦν κτλ.* §. 139. *πάνυ ἂν αὐτοὺς οἶμαι ἐγὼ ὀργίζεσθαι.* al. III. §. 15. *μεθ᾽ ὧν αὐτὰ δεῖ πολεμοῦντας κτήσασθαι.*

Saepe deinde verbum praedicatum inter alia eiusdem enuntiati verba eaque inter se arcte cohaerentia interiicitur: I, § 39 *τούτων εἴη τῶν ἀνδρῶν τὸ ἔργον.* § 46 *τοὺς προ-*

τάνεις κάλει τοὺς τότε πρυτανεύσαντας. al. II, § 28 *τὰς τῶν ἐξαπατησάντων ὑμᾶς ἀκύρους ἔθετε βουλάς.* III, § 2 *ἐκεῖνα σκέψασθαι τὰ τότε γενόμενα.* § 23 *ἵνα ἡμῶν γένηται τῇ πόλει.* § 39 *τὰς ναῦς ἔλαβον ἡμῶν.* § 40 *ἡμῶν ἐλάμβανον οἱ πρόγονοι.* al.

Pronomina deinde etiam ab Andocide saepe liberius collocata sunt: I, § 11 *θεράπων ὑ μῖν ἐνθάδε ἑνὸς τῶν ἀνδρῶν — ἐρεῖ.* § 117 *ὧν ὑπ' αὐτοῦ εἵνεκα ἐπεβουλεύθην.* § 146 *Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει.* al. II § 12 *μέρος ἐγὼ οὐκ ἂν ἐλάχιστον ἔχοιμι.* III, § 38 *ἐν ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἡμῖν ἔτεσιν ἐγένετο* al.

Iam simplicem verborum ordinem orator eo efficit, quod ea, quae alii membro cum alio communia sint, aut ante primum quodque aut post ultimum quodque ponit. Neque opus est ad hanc consuetudinem illustrandam exempla, quae multa in una quaque Andocidis oratione exstant, afferre. Sed ab hac simplicissima collocatione satis saepe recedit illis verbis, quae dixi, post primum quodque membrum positis sive nullo certo consilio sive quod in eis verbis, quae his procedunt, graviorem vim inesse vult. I, § 23 *ἢ μήνυσίς τις ἐμὴ ἔστιν ἢ ἀπογραφή.* § 40 *ζητητάς τε ἤδη ᾑρημένους καταλαμβάνειν καὶ μήνυτρα κτλ.* § 45 *συνέλαβεν ἡμᾶς καὶ ἔδησεν.* § 57 *σώζεσθαί τε ἀξιῶ καὶ δοκεῖν.* § 59 *τὸν πατέρα ἔσωζον καὶ τοὺς ἄλλους.* § 119 *ἐκεῖνα μὲν δι' Ἐπίλυκον ἂν ἦν ἢ διὰ τὰ χρήματα.* ibid. *εἰ ἔζη Ἐπίλυκος ἢ-κατέλιπε κτλ.* al. II, § 14 *σῖτόν τε εἰς τοὺς πολεμίους ἀγαγόντα καὶ κωπέας·* § 29 *αἰτίαν ἔχειν καὶ λόγον.* § 23 *πολιτείαν διδόντα τε καὶ-δωρεάς.* al. III, § 5 *καὶ τὸν Πειραιᾶ τότε ἐπετειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος.* § 12 *σωτηρίαν εἶναι τῷ δήμῳ καὶ δύναμιν.* § 15 *Λακεδαιμονίους καταπολεμήσωμεν καὶ τοὺς συμμάχους.* § 30 *πολλοὺς μὲν Ἀθηναίων ἀποβαλόντες·καὶ τῶν συμμάχων.* § 35 *ὑπονοεῖν εἰάθατε καὶ δυσχεραίνειν.* — I, § 88 *ὁπόσοις ἢ γραφαί εἰσιν ἢ φάσεις ἢ ἐνδείξεις ἢ ἀπαγωγαί.* III, § 3 *Μέγαρα δὲ εἴχομεν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα.* § 9 *Χερρόνησόν τε εἴχομεν καὶ Νάξον καὶ Εὐβοίας κτλ.*

Compluries deinde coniunctiones, a quibus enunitata, si

simplicissimus verborum ordo paratus esset, initium haberent, postponuntur aliis verbis, ita ut in his maior quam in reliquis vis atque gravitas insit. I, § 112 *καὶ ἡ βουλὴ ἐπειδὴ πλήρης ἦν.* III, § 1 *ἡ νῦν οὖσα πολιτεία μὴ καταλυθῇ.* § 36 *τείχη καὶ νῆες εἰ γενήσονται τῇ πόλει.* § 15 *Χερρόνησον καὶ τὰς ἀποικίας καὶ τὰ χρέα ἵνα ἀπολάβωμεν.*

Atque ut finem faciam disserendi de verborum collocandorum simpliciore ratione, ex his omnibus, quamquam minoris momenti sunt ad id quod volo comprobandum, tamen aliquam et tertiae et ceterarum orationum similitudinem cognosci puto.

Iam vero figura, quam dicimus chiasmum, adhibita orator nonnumquam videtur efficere voluisse, ut voces quae eiusdem formae grammaticae sunt aliae dirimantur, aliae quam arctissime coniungantur. Quo fecit, ut *πάρισα* quae fingere ei licebat, intra verborum vel paucissimorum fines deleret. III. § 7 *ὑψηλὸν ἦρε καὶ κατέσησεν ἰσχυρόν.* § 29 *σπονδὰς ποιησάμενοι καὶ συνθέμενοι φιλίαν.* — § 5 *τριακοσίους ἱππεῖς καὶ τοξότας τριακοσίους.* § 7 *χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππεῖς καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους.* — I, § 44 *εἰς πολεμίους αὐτομολήσαντες, καταλιπόντες τοὺς ἐγγυητάς.* Ac nescio an illi eidem studio oratoris debeantur hae collocationes: I, § 43 *βουλευτὰς ὄντας καὶ καθημένους ἔνδον.* — I, § 48 *ὧν μὲν ἀνεψιὸς, ἡλικιώτης δὲ κτλ*, ubi quae inconcinna particularum correlativarum collocatio inest, eo consilio parata videtur esse, ut verborum substantivorum pressior fiat coniunctio et gravior oppositio.

Contra non raro vis oppositionis, quae inter singula verba aut totas partes intercedit, eo imminuta est, quod particulae illae *μέν* et *δέ* aliis locis atque quibus exspectaveris positae sunt I, § 132 *μὲν* (iam sequitur nomen alicuius viri corruptum), *ἔτι δὲ ἄλλους.* § 136 *ταῦτα μὲν οὖν τούτοις ποιητέα ἦν-ὑμῖν δέ γε (τὸ) ἐναντίον·* particulis *μέν* et *δέ* oppositio effecta est verborum *ταῦτα* et *ὑμῖν*, quamvis inter se respondeant *ταῦτα-τὸ ἐναντίον τούτων* et *τούτοις-ὑμῖν.* § 139 *οἱ μὲν θεοὶ ἐκ τοσούτων κινδύνων ἔσωζόν με, σφῶν δὲ αὐτῶν προὐστήσαντο τιμωρὸν κτλ*: exspectamus inter se opponi et

μέ et *σφων αὐτῶν* [1]). Atque in tertia oratione concinnior oppositio verborum *ἑπτακισχίλια μὲν τάλαντα, ναῦς δὲ πλείους ἢ τριακοσίους* (§. 8.) parari si non debuit tamen facillime potuit. Reliqua deinde, quae de Andocideo usu particularum illarum dicenda arbitror, infra afferam [2]). Neque memoria indigna est haec quattuor antithesium enumeratio: III, § 12 *ἐκεῖ μὲν- | ἐν δὲ τοῖσδε- || ἐκεῖ μὲν- | νῦν δὲ- || τότε μὲν- | νῦν δὲ- || νῦν μὲν- | τότε δὲ* —. Vides trium antithesium membra pariter disposita esse, quartae ordinem subito inversum. Quam inconcinnitatem sane inexspectatam comparandam esse puto cum ea quam supra mirati sumuns, cum eundem locum cum aliis et tertiae et primae orationis contulimus.

Sed ut pergamus, Andocides saepenumero periodos et periodorum partes inter se dissimiles reddidit aliis verborum formis atque quae pro enuntiatorum nexu exspectantur adhibitis. Ac primum multus est in rationibus temporum subito mutandis [3]), ita vero ut sententiae discrimen nullum vel levissimum certe e.ficiatur. I, § 30 in antithesis membris inter se respondentibus tempus aoristum excipitur perfecto: *ἐκείνους μὲν ἀπολέσθαι ὅτι ἠσέβησαν, ἐμὲ δὲ σαζεσθαι, ὅτι οὐδὲν ἡμάρτηκα.* § 102 *εἰ ὑπὸ μὲν τούτων ἀπωλόμην, ὅτι-ἥμαρτον, ἐν ὑμῖν δὲ κρινόμενος, οὓς οὐδὲν κακὸν πεποίηκα*: si ad sententiarum nexum respicitur, oppositio est verborum *ἥμαρτον* et *πεποίηκα*. § 101 in interrogationibus quater aoristus sumitur, in responso tempus perfectum: *ἐναυμάχησας-συγκατεσκεύασας-συγκατέλυσας-κατῆλθες-; οὐδὲν τούτων πεποίηκα.* Sed multo memorabilior haec mut atio est: I, § 32 *ε μέν τι ἠσέβηκα ἢ ὡμολόγηκα ἢ ἐμήνυσα.* Neque tamen scribere malim *μεμήνυκα*, quae forma Baitero placuit, id cavens,

---

[1]) Blassius quod mavult scribere *αὐτοὶ μὲν οἱ θεοί*, sententiam sane aptissimam efficit. At puto, cavendum esse, ne quid Andocidi abiudicemus, quod ei convenire ex similitudine locorum quos attuli appareat.

[2]) p. 34.

[3]) In prima oratione usitata illa consuetudo temporis praeteriti cum praesenti quod historicum vocatur coniungendi saepe animadvertitur; cf. II, § 15.

ne Andocidis verba acrius quam per exempla, quae supra attuli, videtur licere, ad logica praecepta revocem; et ne similitudo quidem paragraphi 29: *οὔτε ἠσέβηκα οὔτε μεμήνυκα περὶ οὐδενὸς οὔτε ὡμολόγηκα* multum valet, nam videbimus, Andocidem in talibus eorundem verborum repetitionibus faciendis modo leviores modo graviores mutationes sive consulto sive pro sua negligentia praeter exspectationem paravisse [1]. Atque ex his omnibus elucet, Andocidis ingenio convenire has mutationes: III, § 13 *ἢ ἀδικουμένους ἢ βοηθοῦντας ἠδικημένοις-Βοιωτοῖς τε ἀδικουμένοις ἐβοηθοῦμεν.* — Alius vero generis sunt I, § 17 *ὁ δὲ πείσας κτὶ δεόμενος* et § 19 *πολλὰ ἱκετεύσας καὶ λαμβανόμενος τῶν γονάτων*, quorum locorum an alter eximia alterius similitudine defendatur nescio [2].

Sed iam Andocides orationis ductum saepe variavit subiectis praeter exspectationem mutatis. Idque ita imprimis fecit, ut oratio ex activa verborum construendorum ratione in passivam aut ex hac in illam transiret. I, § 85 *ἐδοκιμάσθησαν οἱ νόμοι-τοὺς δὲ κυρωθέντας ἀνέγραψαν-ἐπειδὴ δ' ἀνεγράφησαν.* § 32 in antithesi legitur *εἰ μὲν ἠσέβηκα-ἢ ὡμολόγηκα-εἰ δὲ οὐδὲν ἡμάρτηταί μοι.* Iam multo magis admiratione digni sunt hi loci: I,,§ 147 *οἳ ἀπέδειξαν-ὦφλον, οὐδ' ἡμάρτηται οὐδὲν κτλ.* III, §.6 *εἰς πόλεμον κατέστημεν-καὶ ἐπεθυμήσαμεν τῆς εἰρήνης καί ἡρέθησαν δέκα ἄνδρες.* § 7 *ὥστε-ἀνηνέγκαμεν-κατεκλείσαμεν-ἐναυπηγησάμεθα-ἐψηφισάμεθα-κατέστημεν-*

---

[1] p. 27, sq.

[2] Hirschigius (Philologus 1850 p. 318) huic similitudini nullam vim tribuit; qui vir doctus in ea re sibi constitit, quod etiam aliorum verborum inconcinnitates emendando removeri voluit. — De I, § 72 *μὴ πείθων μὲν-πείσας δέ* v. p. 24 huius comment. Modorum mutationes inexspectatae, quae eaedem nullo sensus discrimine factae sint, hae inveniuntur: I, § 61 *ὅτι εἰσηγήσατο μὲν-ἀντεῖπον δὲ ἐγὼ-καὶ τότε μὲν οὐ γένοιτο-ὕστερον δ' ἐγὼ ἔπεσον* (v. Maetzneri annot. ad Antiphontem p. 259). — § 4 *ὡς ὑπομείναιμι οἰχήσομαί τε.* § 30 *εἰ ὀργίζοισθε καὶ ἡγήσεσθε* — II, § 2 in antithesi inter se respondent indicativus et optativus cum *ἂν* coniunctus: *εἰ νομίζουσιν-ἀμαθέστατοί εἰσι-εἰ δὲ μὴ-ἡγοῦνται-δυσμενεῖς ἂν εἶεν.* Cuius variationis in tertia oratione nullum exemplum exstat.

καὶ τὸ τεῖχος-ἐτειχ ί σ θ η. cfr. §§ 8—9 *ὅτι ἀνηνέγκαμεν-ναῦς ἐκτησάμεθα κα ὶφόρος προσήει καὶ Χερρόνησόν τε εἴχομεν κτλ* [1]).

Aliae deinde subiectorum traiectiones eo fiunt, quod una eademque vox subito aut in subiecti locum transgreditur, cum antea alium obtinuerit, aut subiecti loco removetur. Cuius rationis exempla ea nihil insoliti habent, in quibus quae sit subiectorum varietas ipsis verborum formis clare indicatur, e. c I, § 45 *τὸν δὲ Διοκλείδην ἦγον-καὶ ἐδείπνει ἐκεῖ.* Paullo vero durior haec structura est: I, § 124 *τὸν υἱὸν σκέψασθε-πῶς γέγονεν, καὶ πῶς ἐποιήσατ' αὐτόν* (intellege *ὁ Καλλίας*). al. Atque iam huc caderet I, § 29, nisi hunc locum corruptum esse pro certo habere liceret: *καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον καὶ λόγους εἶπον*: ubi ex *τῶν κατηγόρων* supplendum esset subiectum *οἱ κατήγοροι* ad verbum *εἶπον*. Atque inter omnes qui hunc locum emendare studuerint proxime ad veritatem accessisse mihi videtur Blassius, quod ante *ταῦτα* pronomen relativum *οἵ* inseruit. Qua emendatione quae anacoluthia effecta est: *οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων-τούτων οὖν ἐμοὶ τῶν λόγων-τί προσήκει*; ad Andocidis rationem dicendi aptissima est [2]). Hunc vero locum commemorare mihi opus erat, quod Linderus [3]) eum et cum aliis comparavit et cum hoc: III, § 34 *εἰρήνης-πρεσβεύοντας-οὔτε λαθεῖν οὔτε ἐξαπατῆσαι δεῖν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν.* At hac subiectorum traiectione, quae sane exstat, illam multo duriorem nequaquam defendi Kayserus [4]) iure contendit. Huius enim

---

[1]) Itaque in I, § 80 *Φυλή τε κατελήφθη Μουνυχίαν τε κατέλαβον*, si ad verborum constructionem solam respicitur, nihil inest, quod ab Andocidis ratione scribendi abhorreat. Tamen verba inde a *Φυλή τε* interpolata esse assentior Lipsio (Philol. Jahrb. 1870 I, p. 738), qui vir doctus illa verba in enumerationem malorum, quae orator in audientium memoriam revocet, parum bene quadrare comprobavit.

[2]) v. p. 16. — Minus facilem emendationem proposuit Koepkius (progr. Guben 1869 p 20): *καὶ γὰρ οἱ λέγοντες τῶν κατηγόρων — ἀνωρθίαζον.*

[3]) „De rerum dispositione apud Antiphontem et Andocidem oratores atticos commentatio. Upsalae 1859" p. 68.

[4]) Mus. Rhen. 1861. p. 79.

enuntiati magna longitudine facile fieri potuit, ut Andocides verborum, quae antea dixerat, immemor subiectorum rationes confunderet; illa inconcinnitas nullo modo excusari potest. Alius deinde tertiae orationis locus est III, § 26 *οὐδὲ λόγος ὑπολείπεται μὴ οὐκ ἀδικεῖν, καὶ ποιεῖν Ἀργείους ὁποῖον ἄν τι βούλωνται δικαίως*. Cuius quae est inconcinnitas molestissima, quamvis Lindero [1]) placeat iure remota mihi videtur ab editoribus ordine verborum mutato: *μὴ οὐκ ἀδικεῖν καὶ ποιεῖν Ἀργείους κτλ.* Iam vero Andocidis ingenium elucere puto ex hac constructione: III, § 12 *Λῆμνον δὲ καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον τότε μὲν ἔχειν τοὺς ἔχοντας, νῦν δὲ ἡμετέρας εἶναι*: eaedem voces sunt alterius enuntiati obiecta, alterius subiecta. Nec minus convenire Andocidi concedas has subiectorum mutationes in antithesi paratas, si in memoriam revocaveris, quae de antithesium formandarum consuetudine supra dixerim: III, § 2 *εἰ μὲν ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων-ἐποιήσατο, εἰκότως ἂν ἐφοβούμεθα, ὅπου δὲ ἐποιήσασθε, πῶς οὐκ-ὑμᾶς κτλ.* Cuius antithesis similitudine nescio an defendatur haec lectio: III, § 26 *μὴ βοηθούντων μὲν ὑμῶν-βοηθούντων δὲ ἡμῶν.* Nec tamen nego hanc mutationem alicuius librarii neglentiae tribui posse.

Tum aliorum verborum inter se respondentium mutationes exstant in memorabili illa antithesi III, § 12 *ἐκεῖ μὲν-ἐν δὲ τοῖσδε* (scil. *τοῖς γράμμασι*), *ἐκεῖ μὲν-νῦν δέ, τότε μὲν-νῦν δέ.*

Sed iam periodorum nonnullarum aequabilitates turbatae sunt his, illis verbis omissis, quibus quae inter plures partes ratio intercederet accuratius indicari debebat. Ac primum sunt enuntiata ubi post *μέν* particulam positam non infertur *δέ*, ita quidem, ut aut haec particula sola supplenda sit, aut tota pars, in qua poni debebat, desit [2]). I, § 120 *ἔλαχον προτέρῳ μὲν Λεάγρῳ-γνοὺς ταῦτα Καλλίας λαγχάνει κτλ.* —

---

[1]) l. c. p. 68.

[2]) v. Hermannum, ad Vigerum p. 841. Krueger. gr. gr. 69, 35, 2. Frohberger. ad Lys. XIII, 74.

§ 22 ἐγὼ μὲν οἶμαι § 139 ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι. III, § 28 ἐγὼ μὲν οὖν-δέδοικα. — ibid. § 10 πρῶτον μὲν-ἀναμνήσθητε [1])

A quibus exemplis ei loci differunt, quibus particularum illarum accuratam responsionem ea de causa turbatam videmus, quod orator enuntiata inter se opponenda longo intervallo interiecto diremit. Nam cum alii scriptores tum Andocides eam antithesium compositionem, quam inchoaverunt, saepe relinquunt, ad relictam deinde revertuntur, ita vero, ut priorem partem oppositionis repetant iisdem vel similibus verbis adhibitis; quo fit, ut saepe particula μέν iam semel posita iterum sumatur, tandem sequatur particula δέ. I, § 58 antithesis orditur a verbis σιωπήσαντι μὲν κτλ., cuius enuntiati argumentum postea iteratur verbis ταῦτα μὲν οὖν ἦν ἐμοῦ μὴ εἰπόντος (§ 59), tandem ad alteram partem transitus fit: εἰπὼν δὲ κτλ. ibid § 73 οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες-ὁπόσοι κτλ. — § 74 εἷς μὲν τρόπος οὗτος ἀτιμίας-ἕτερος δὲ κτλ. III, § 29 πρῶτον μὲν-ἓν μὲν βούλευμα τοιοῦτον ἐβουλευσάμεθα — § 30 Συρακόσιοι δὲ κτλ. cfr. I, § 13 πρῶτος μὲν οὗτος ταῦτα ἐμήνυσε — § 14 πρώτη μὲν-μήνυσις ἐγένετο αὕτη — § 15 Δευτέρα τοίνυν κτλ. ibid. § 112 πρῶτα μὲν οὖν ταῦτα εἰ ἀληθῆ λέγω μαρτύρησον — § 113 ὡς μὲν ἀληθῆ λέγω-πολὺ δὲ κτλ.

Jam nonnullae antitheses planiores reddi poterant particula μέν posita, quae δέ voci, quam legimus, responderet. I. §. 39. ὅντινα βούλοιτο φάναι — ὅντινα δὲ μὴ βούλοιτο. ibid. §. 139. νομίζειν τοὺς τοιούτους κινδύνους ἀνθρωπίνους, τοὺς δὲ κατὰ θάλατταν θείους. III. §. 27. κελεύουσι γὰρ ἡμᾶς-πολεμεῖν αὐτοὶ δ'-οὐ-ἐμπολεμεῖν. — I. §. 11. ἐὰν ψηφίσησθε-εἰ δὲ μή. III. §. 16. εἰ τοίνυν-εἰ δὲ μήτε κτλ. Quare nescio an editores iniuria μέν particulam in has antitheses recipiendam esse iudicaverint. I. § 27. ἦσαν γὰρ κατὰ τὸ Κλεωνύμου ψήφισμα χίλιαι δραχμαί, κατὰ δὲ τὸ Πεισάνδρου μύριαι. III. §. 6. πολλὰ κακὰ παθόντες, πολλὰ δὲ ποιήσαντες. Contra II. §. 21. (αἱ μέλλουσαι νῆες-αἱ δὲ λοιπαὶ) facile μέν ante μέλλουσαι excidere potuisse concedo.

---

[1]) Alius vero generis sunt hi loci: III § 17 πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίους — § 20 Βοιωτοὶ δ' αὖ κτλ. ibid. § 24 πρῶτον μὲν περὶ Κορίνθου — § 27 σκεψώμεθα δή.

Sed longe praeclarissime cernitur negligentia illa antithesium formandarum duobus locis, quorum alter in prima oratione, alter in tertia legitur; ubi, quae oppositiones parari debebant aut certe poterant, deletae sunt priore quaque vocium inter se opponendarum omissa. I. §. 32. *εἰ μέν τι ἠσέβηκα-ἢ ἄλλος τις κτλ.*, in cuius loci priorem partem Hirschigius [1]) voluit inseri pronomen *ἐγώ*, cui responderet *ἄλλος τις*. At conferasIII. §. 27. *πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζοντες, ᾗ χρῶνται, τοῖς δὲ ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἐῶσι πατρίαν γενέσθαι.* Ubi quod verbum *αὐτοί* post *χρῶνται* excidisse eidem illi viro docto videtur [2]), metuo, ne Andocidis verba iusto acrius ad praecepta rationis logicae revocata sint.

Sed iam orator multo molestioribus verborum coniungendorum et construendorum mutationibus admissis filum orationis nonnumquam subito interrupit. Neque id mirum, cum ille unam eandemque sententiam saepe per tantum membrorum numerum perduxerit novasque saepe sententias intulerit, ut facile credamus, eum non iam memoria tenuisse, quibus verbis initium periodi paravisset. Sed breves quoque periodi illa ratione disturbatae sunt. Atque primum, ut exempla enumerem, cavendum est, ne figuram illam artificiosam, quae aposiopesis vocatur, putemus inesse in I. § 95. *Ἐπιχάρης δ'οὗτος-ὁ μνησικακῶν αὐτὸς αὑτῷ, οὗτος γὰρ ἐβούλευεν κτλ.* Si enim solum ad verborum constructionem grammaticam respicimus, aposiopesis ficta videtur omisso praedicato post *αὐτῷ*. Sed de sententia verborum cogitantibus nobis clarum est, eam notionem, quae praedicati locum tenere debebat, in appositione *ὁ μνησικακῶν αὐτὸς αὑτῷ* subesse, et enuntiatum continuari, tamquam dictum esset *Ἐχιράρης δ'οὗτος μνησικακεῖ αὐτὸς αὑτῷ.* Ac simili interpretandi ratione defendi potest lectio, quae III. § 27. traditur *πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζοντες, ᾗ χρῶνται, τοῖς δὲ ἄλλοις-οὐκ ἐῶσι πατρίαν γενέσθαι κτλ.* Cuius loci altera pars particula *δέ* adhibita ad alteram ad-

---

[1]) l. c. p. 319.
[2]) ibd. p. 320.

nexa est, tamquam antecessisset *πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζουσιν* [1]).

Iam vero multo certius mutatae constructionis exemplum est II. §. 3. *οἵτινες - οὔτε τούτων τῶν ἀνδρῶν οἱ παραγενόμενοι οἷοί τ' ἦσαν κτλ.* Cui anacoluthiae simillima est ea quam a Blassio I. §. 29. restitutam esse supra iam dixi [2]): *καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων - τούτων οὖν ἐμοὶ τῶν λόγων - τί προσήκει;* Nec minus convenit Andocidi haec inconcinnitas: III. §. 18. *νενικήκασι - τότε μὲν πάντας αὖθις δ' - τὴν νίκην ἐποιήσαντο, τρίτον δ' Ἀργείους μὲν ἅπαντας κτλ.* Redit tertia pars periodi ad eam verborum constructionem, a qua oratio iam aberravit; *Ἀργείους ἅπαντας*: intell. *νενικήκασι.*

Neque commemoratione indignae sunt constructiones quae ad synesim paratae sunt. Cuius rationis simplicissima eaque usitato sermone tritissima exempla ea sunt, ubi numerus pluralis ad numerum singularem vocis collectivae, quam dicimus, refertur; neque vero multa inveniuntur. I. §. 45. *ἡ βουλὴ ἐξελθοῦσα συνέλαβεν - ἀνακαλέσαντες δὲ κτλ.* §. 112. *ἡ βουλὴ - καὶ ἀπέδειξεν αὐτοῖς* (intell. *τοῖς βουλευταῖς*). III. §. 26. *ἰόντων δὲ Λακεδαιμονίων εἰς Ἄργος πότερον βοηθήσομεν αὐτοῖς* (intell. *τοῖς Ἀργείοις*) *κτλ.* — Aliquanto deinde durius dictum est. I. §. 51. *τὴν πόλιν οὖσαν καὶ ὑποψίαν εἰς ἀλλήλους ἔχοντας.* Cuius loci inconcinnitatem Dobraeus removeri voluit verbo *ἅπαντας* post *ἔχοντας* apponendo. At mihi universam Andocidis dicendi rationem in memoriam revocanti persuasum est, illa verba, quae leguntur, codicibus integra exhiberi; et ita ea interpretor, ut velim oratorem dixisse *ὑποψίαν εἰς ἀλλήλους ἔχοντας*, quasi antea posuisset *τοὺς πολίτας*, non *τὴν πόλιν.*

Iam liberiorem usum numeri pluralis et alii scriptores [3]) et Andocides admittunt eo quod nonnumquam pronominis alicuius, imprimis demonstrativi, in genere neutro positi numerum pluralem adhibent ad unam rem significandam. I. §. 118.

---

[1]) *δέ* delendum videtur Hirschigio l. c. p. 320.

[2]) p. 12.

[3]) cfr. *Frohberger.* ad Lys. or. XXX. §. 8.

καὶ ταῦτ' εἴη ἀνδρῶν —: *δεικνύναι τὰς οἰκειότητας ἀλλήλοις.* §. 119. *ἐκεῖνα ἂν ἦν,* intellege *τὸ ἀξιοῦν ἔχειν τὰς παῖδας.* §. 149. *καὶ ταῦθ' ὑμῶν δέομαι-τιμᾶσθαι.* III. §. 25. *ταῦτα ἐπράττομεν,* intellege *τὸ τὴν συμμαχίαν ποιεῖσθαι.* §. 33. *πεμφθῆναι-διὰ ταῦθ', ἵνα μὴ πάλιν ἐπαναφέρωμεν* [1]).

Atque iam saepius concinnitatem casuum non curatam videmus in eis enuntiatis, ubi ad infinitivum additur praedicatum vel alia notio nominalis. Quae notiones etiam ubi ad casum genitivum aut dativum referendae sunt, tamen ab oratore nonnumquam in casu accusativo positae sunt. [2]) Atque locus omnium maxime memorabilis est II. §. 7. *ἀνάγκην μοι γενέσθαι κατειπόντι-αὐτὸν ἀφεθέντα μὴ τεθνάναι-φονέα γενέσθαι.* Ubi quod constructio e casu dativo *κατειπόντι*, qui ratione grammatica postulatur, subito in accusativum delabitur, mutatio efficitur eis quas supra multas deprehendimus simillima. Reliqua exempla sunt I. §. 9. *ὑμῶν δέομαι-ἀντιδίκους καταστῆναι.* §. 37. *δέομαι ὑμῶν προσέχοντας νοῦν ἀναμιμνήσκεσθαι* §. 100. *τί οὖν ὑμῖν ὑπόλοιπόν ἐστι; μὴ μνησικακῆσαι εἰδότας κτλ.* III. §. 21 *ἡμῖν πῶς ἔξεστι-ποιήσασθαι; ποίων τυγχάνοντας κτλ* Quibus in constructionibus certum consilium oratoris subesse non videtur. [3]) Neque errare me puto, quod in hoc numero referri velim I. §. 89. *ἔδοξεν ὑμῖν δοκιμάσαντας δὲ ἀναγράψαι.* Et minus verisimile est, Andocidem casu accusativo *δοκιμάσαντας* eo consilio usum esse, ut novum subiectum inferret (scil. *τοὺς νομοθέτας.* cfr. § 84). Certe vero non licebat per illorum exemplorum similitudinem hunc locum conferre [4]) cum I §. 82. *ἐψηφίσασθε, δοκιμάσαντες* (aut *δοκιμάσαντας*) - *εἶτ' ἀναγράψαι κτλ.*, ubi utrum *δοκι-*

---

[1]) Ceterum cf. I §. 71. *οὐδέτερα.* III. §. 17. *οὐδέτερον* I. §. 7 et III. § 25. *θάτερον* v. Kruegeri gr. graec. 44, 4, 3.

[2]) Contra regula grammatica servata est e. c I. §. 76. III. §. 20.

[3]) Contra in I. § 12 *ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι-αὐτοὺς δ' ἰέναι* accusativus debetur oppositioni, quae intercedit inter *τοὺς μέν* et *αὐτοὺς δέ*, quamvis illa vox sit obiectum, haec praedicati loco posita ad *τοῖς πρυτάνεσι* referenda sit

[4]) v. Blassii annot. ad hunc oratorem p. 81.

μάσαντες an *δοκιμάσαντας* [1]) scribendum sit, illius unius loci constructione collata diiudicari non potest.

Porro genitivus absolutus liberius positus est pro participio coniuncto quod vocatur: I. §. 67. *ἁμαρτανόντων δ' ἐκείνων τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς συνέκρυψα·* II. § 9. *ὄντων γὰρ κακῶν τοσούτων-ἀδύνατα ἦν ταῦτα ἰαθῆναι.* III. §. 31. *ταῦτα πασχόντων ἡμῶν-τίνα ὠφέλειαν παρέσχον ἡμῖν.*

Atque ut ad aliam Andocidis consuetudinem illustrandam transeam, satis notum est, ab illo flumen orationis iusto saepius cum perspicuitatis sententiarum detrimento retardatum esse multis verbis factis, quibus oratio facile carere posset, sive iam alio loco dicta sive ad res quae proferuntur omnino non necessaria sunt. Quam Andocidis consuetudinem saepe sane molestissimam multi viri docti animo non tenentes nimis studiosi fuerunt interpolationum indagandarum. Contra bene Blassius:[2]) „Plurima," inquit, „sunt, quae sine detrimento orationis recidi possint, verba, sententiae, totae partes; sed non hercle ideo illa non genuina sunt." Neque hic locus est, de eis repetitionibus disserendi, quibus usus orator earum rerum, quas iam satis multis verbis explicavit, memoriam iterum atque iterum consulto renovare solet. Ea tantum exempla afferam, e quibus oratorem illi suae consuetudini indulgentem periodorum levitatis et brevitatis parum studiosum fuisse appareat. Ac iam supra vidimus, illi Andocidis neglegentiae multas anacoluthias deberi. Nunc de eis locis quaeramus, quibus, quamvis non minus languide dicti sint, constructiones, a quibus periodi exorsae sunt, servantur. Atque primum ille intra spatium vel brevissimum unius eiusdemque sententiae argumentum iam semel expressum abundanter iterat.

---

[1]) Bene defendit *δοκιμάσαντας* Bergkius (Epistola ad Schillerum) „quod ex more Graecorum," inquit „usitatissimo dictum est, ita tamen ut ad nomothetas referatur: horum enim erat leges antiquas recognoscere et recognitas in albo proponere, ut satis superque ipsa plebisciti, cuius auctor fuit Tisamenus (§ 83. — 84.), declarant verba." cfr. §. 85. *τοὺς κυρωθέντας ἀνέγραψαν-ἐθέμεθα νόμον.*

[2]) *edit. Andoc. or. p. IX.*

Cuius consuetudinis exemplorum longe praeclarissimorum alterum in prima oratione, alterum in tertia legitur; quorum utriusque similitudo tam mihi eximia videtur, ut unius eiusdemque scriptoris ingenium elucere pro certo ego habeam. Sed plura verba de iis facienda sunt. Ac priore loco — I § 15 *ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς, ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ, ᾤχοντο ἐπ' αὐτὸν Μέγαράδε. καὶ κομισθείς, ἄδειαν εὑρόμενος, ἀπογράφει κτλ.* — narrat Andocides, Teucrum quendam promisisse, se si ipse impunitatem nactus foret, et de mysteriorum profanatione et de Hermarum mutilatione quantum sciret indicaturum esse. Qua promissione commotum senatum Atheniensium, penes quem tum summa infinitaque potestas fuerit (*ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ*), illi impunitatem decrevisse. Haec enim est vis verborum *ψηφισαμένης τῆς βουλῆς*, ad quae nihil aliud nisi *τὴν ἄδειαν* suppleri posse Lipsius[1]) iure contendit. Ex quo sequitur, ut verba *ἄδειαν εὑρόμενος* iusto abundantius dicta sint. Neque me movet interpretandi ratio, qua usus Blassius[2]) abundantiam illam nullam esse probare studet: „At ne potuit quidem," inquit, „senatus ei impunitatem decernere qui nondum adesset, sed promittere tantum si redisset fore ut decerneretur, et illud *ψήφισμα* nihil aliud continuisse videtur nisi ut delegati quidam Megara proficiscerentur Teucrumque his promissis Athenas reducerent." Cuius ratiocinationis nimis argutae ipse immemor ille vir doctissimus § 34 signum commatis post *εὑρόμενος* posuit: *ἐπειδὴ Τεῦκρος ἦλθε Μεγαρόθεν ἄδειαν εὑρόμενος, μηνύει κτλ.* Adde quod vis verborum *ἦν γὰρ αὐτοκράτωρ*, quam orator summam esse vult, hac interpretatione aliquanto minuitur. Iam vero Lipsius ut *ἄδειαν εὑρόμενος* eiiceret et abundantia verborum illorum sane molestissima et asyndeto *κομισθείς, εὑρόμενος* commotus est. At satis saepe duo participia non interposita particula *καί*, quamvis exspectetur, cum uno verbo iunguntur[3]). Cuius usus certum exemplum in ipsius Andocidis tertia oratione exstat § 8: *τὴν*

---

[1]) J. Jahrb. (1870) tom. 101 p. 738.
[2]) edit. Andoc. p. IX.
[3]) v. Krueger. ad Xenoph.. Anab. I, 1, 7. — cf. Andoc. 1, 44.

χώραν τμηθῆναι προέμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν στερηθέντες-ἐποιησάμεθα[1]. Atque iam conferas alterum locum: III, § 7 *αὕτη γὰρ ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρε-ὥστε-εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν κτλ.* Certe eadem horum atque illorum verborum abundantia est. Neque scio an utriusque loci alter alterius similitudine sane admirabili defendatur contra hominum doctorum suspitiones[2]. Atque cavendum est, ne quid interpolatori alicui tribuamus, quod ab Andocidis usu haud alienum esse ex omnibus quae adhuc in medium protuli apparere mihi quidem videatur.

Atque iam ut alia exempla eaque minus inter se similia praetermittam, aliqua abundantia, quam eandem ab aliis quoque scriptoribus passim adhibitam esse non nescio[3], eo efficitur, quod pronomen demonstrativum *οὗτος* vel *ὅδε* in genere neutro positum praemittitur alicui verbo infinito, ita ut hoc epexegetice dicatur I, § 9 *περὶ πλείστου τοῦτο ποιουμένους, ψηφίζεσθαι κατὰ νόμους* ibid. *τάδε δέομαι, τὴν ἀκρόασιν ποιεῖθαι κτλ.* § 23 *τοῦτο δεῖν, τολμῆσαι κατηγορῆσαι.* § 60 *ταῦτα ἐλάχιστα εἶναι, εἰπεῖν κτλ.* III, § 13 *ἡμῖν δέ ἐστι τοῦτο, τὸ μηκέτι ἀδικεῖσθαι.* Similisque epexegesis inest in participio III, § 13 *διὰ τάδε, ἢ ἀδικουμένους ἢ βοηθοῦντας κτλ.* Quem locum cavendum est ne conferamus cum I, § 41, in quo largior abundantia invenitur: *τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν πατέρα μου ἀπώλλυε, συνειδότα ἀποφαίνων*: ubi notio vocis *τούτῳ τῷ τρόπῳ* antecedentibus enuntiatis iam satis clare expressa iteratur participio *ἀποφαίνων*[4].

Sed ut pergamus, cum ex omnibus quae adhuc dicta sunt appareat, in periodis formandis parvam, saepe iusto minorem curam ab Andocide consumptam esse, vix putes, eum figurarum sermonis quae dicuntur studiosissimum fuisse. His enim figuris verborum ambitus concinniores et membrorum numeri

---

[1]) v. Kruegeri annot. apud Beckerum p. 265

[2]) Linderus (p. 78) scribit *δι' εἰρήνην.* Alii glossema statuunt, e. c. Kayserus (Mus. Rhen. 1862 p. 80)

[3]) v. Frohberger. ad Lys or. XIX, § 35.

[4]) v. *Krueger* ad Thucyd. III, 18, Frohberger ad Lys. XIII, § 17

aequabiliores redduntur, quam quas ab Andocide magno studio appetitas esse suspiceris. Ut tamen plura illarum exempla afferam, quam exspectaveris, eo efficitur, quod ipsis sententiis cum alia genera aequabilitatis comprehensionum tum istiusmodi figurae saepe adducuntur, ita ut ne omnia quidem enuntiata, quae iis exornata videbimus, magnae artis speciem prae se ferant. Adde quod Andocidis aetate artificiosa illa dicendi ratio tam usitata erat, ut illum ea non prorsus se abstinuisse non sit cur miremur. Multo magis mirum est, quod ille permultas occasiones figurarum parandarum oblatas sive non vidit sive de industria praetermisit. Sed iam exempla enumerabo.

Ac primum Andocides orationi aliquam elegantiam et gravitatem tribuit nonnumquam figura quae epanaphora sive repetitio vocatur adhibita. Quam figuram in eo positam esse satis notum est, quod plurium enuntiatorum eorumque fintimorum principia ab uno eodemque verbo sumuntur; neque turbatur epanaphora eo quod verba quae iterantur non principem locum totius enuntiati obtinent; id tantum interest, ut membra quae inter se respondeant ab iisdem verbis incipiantur.

Atque primum in antithesibus figura illa invenitur hisce: I, § 39 *ὅντινα βούλοιτο-ὅντινα δὲ κτλ.* § 56 *προνοίᾳ μὲν-προνοίᾳ δὲ κτλ.* § 93 *ἀντὶ μὲν-ἀντὶ δὲ κτλ.* § 104 *πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ-πολλοὶ δὲ συκοφάνται.* § 144 *εἰδότα μὲν-εἰδότα δὲ-ἐπιστάμενον δὲ-ἐπιστάμενον δὲ κτλ.* § 147 *πλείστας μὲν-πλείστας δὲ κτλ.* III, § 6 *πολλὰ (μὲν) κακὰ παθόντες, πολλὰ δὲ ποιήσαντες.* § 30 *ἐξ ὧν πολλοὺς μὲν-πολλὰς δὲ κτλ.* Aliae deinde epanaphorae sunt: I, § 140 *καὶ εἴ τις φίλος ὢν τυγχάνει-καὶ εἴ τις ἐχθρός.* III, § 2 *διά τε τὴν ἀπειρίαν-διά τε τὴν ἀπιστίαν.* — I, § 148 *ἀλλὰ τέθνηκεν. ἀλλὰ τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ᾽ οὐκ εἰσίν. ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ᾽ οὔπω γεγένηνται.* III, § 15 *ἀλλὰ Χερρόνησον κτλ; ἀλλ᾽ οὔτε-κτήσασθαι. ἀλλὰ νὴ Δία-πολεμεῖν; ἀλλ᾽ οὔ μοι κτλ.* Quorum locorum uterque ita paratus est, ut et interrogationes et responsiones ab *ἀλλά* incipiantur.

Contra Andocides nonnumquam epanaphoras ipsis senten-

tiarum responsionibus oblatas de industria, ut mihi quidem videtur, evitavit. Ac locus maxime memorabilis est I, § 144 *εἰδότα μὲν-εἰδότα δὲ-ἐπιστάμενον δέ-ἐπιστάμενονδέ.* Ubi oratori licebat, quattuor enuntiatorum initia inter se paria fingere uno eodemque verbo *εἰδότα* adhibendo. Sed haec compta ornataque dicendi ratio tam ab eo aliena est, ut ad varietatem initiorum efficiendam verbum synonymum inferat. Qualis mutationis simpliciora, ea vero inter se simillima exempla sunt I, § 12 *συμπαρεῖναι δὲ-παρεῖναι δὲ κτλ.* III, § 41 *πάρεισι μὲν-ἥκουσι δὲ κτλ* Nec minus facile epanaphora parari poterat III, § 10 pro *πολλοί τε Ἀθηναίων-ἀπέθανον, οἱ δὲ ᾤχοντο.*

Ac plane eiusdem scriptoris ingenium cernitur in figurae, quod homoeoteleuton appelatur, et adhibendae et vitandae ratione. Nam primum ne haec quidem figura semper magnae artis speciem praebet, quoniam ad sententias, quae proferuntur, apte explicandas saepe certae quaedam voces formaeque et certae earum collocationes opus sunt, quibus sine ulla arte pares enuntiatorum exitus efficiantur. Ac profecto Andocides, quamquam homoeoteleutis saepius quam ex Blassii[1]) verbis suspicari possis usus est, tamen in iis haud multum artis videtur consumpsisse. Sed iam haec sunt exempla: I, § 31 *τιμωρήσητε μὲν τοὺς ἀσεβοῦντας, σώζητε δὲ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας.* § 44 *ἱκετεύοντες μὴ στρεβλωθῆναι, ἀλλ' ἐξεγγυηθέντες κριθῆναι.* § 66 *ἀπεκτείνατε,-ἐλύσατε.* § 103 *νόμους ἀκύρους ἐποιήσατε καὶ ψηφίσματα ἐξηλείψατε.* § 106 *τῶν δὲ κατέγνωσαν, τοὺς δὲ-ἠτίμωσαν.* § 107 *τήν τε Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν καὶ τὴν πατρίδα ἔσωσαν.* II, § 2-*τοὺς-πράττοντας, τοὺς-μέλλοντας.* III, § 11 *ὁπόσοι λέγουσιν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκουσιν.* § 12-*καθαιρεῖν-οἰκοδομεῖν.* Iam aliquanto artificiosius ficta sunt haec exempla: II, § 1-*κοινή ἐστι,-κονά ἐστι.* § 22-*αἰτῶ,-ἀπαιτῶ.* III, § 27-*πολεμεῖν-ἐμπολεμεῖν*, in quibus et homoeoteleuta et paronomasiae deprehenduntur. Tum illa figura nonnumquam per plura membra perducta est: I, § 71 *οὐδέτερα πεποίηται·*

---

[1]) Attische Bereds. I, p. 266: „Die übrigens seltenen Homoioteleuta konnten ihm leicht auch ohne Absicht entfallen".

οὔτε ἠσέβηται, οὔτε ὡμολόγηται. III. § 5 *ἐναυπηγησάμεθα,-κατεστησάμεθα,-ἐπριάμεθα.* — I, § 74 *ὄφλοιεν,-ἀποβάλοιεν,-ὄφλοιεν-, ποιοῖεν.*

Sed quam parvi interfuerit Andocidis, ut talibus artibus orationes suas exornaret, clarissime elucet ex I, § 61 *τὴν κλεῖν συνετρίβην καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην καὶ ἀπεκοιμίσθην οἴκαδε,* et ex III §, 22 *πολέμιον αὐτοῖς ἐποίησαν καὶ Κόνωνι τὴν ναυμαχίαν παρεσκεύασαν, δι' ἣν ἀπώλεσαν τὴν ἀρχὴν κτλ.,* ubi quae aequabilitates exituum per bina membra servatae sunt, in tertio quoqne perturbantur verborum ordinibus mutatis. Quibus locis similis est III, § 7 *ἐναυπηγσάμεθα, καὶ-ἐψηφισάμεθα εἶναι, νεωσοίκους τε ᾠκοδομησάμεθα.* Eadem deinde ratione aliorum enuntiatorum exitus omnino non pares redditi sunt, quamvis homoeoteleuta quasi ultro se obtulerint, his locis: I, § 7 *μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ καὶ ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες.* § 121 *ἐμὲ μὲν ἀποκτενῶν ἄκριτον ἢ ἐξελῶν.* II, § 3 *ἀμαθεστάτους εἶναι πάντων ἀνθρώπων ἢ τῇ πόλει ταύτῃ δυσμενεστάτους.* § 22 *γνώσεσθε ἅμα καὶ ὠφεληθήσεσθε* (contra paullo post dicitur *καὶ ἅμα*). III, § 2 *διά τε τὴν ἀπειρίαν τοῦ ἔργου διά τε τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν.* § 26 *ἂν Κόρινθόν τε φυλάττωμεν καὶ συμμάχους ἔχωμεν Ἀργείους.* ibid. *τὴν οἰκείαν χώραν ἀπολέσωμεν πρὸς τῇ Κορινθίων, νικήσαντες δὲ τὴν Κορινθίων Ἀργείων ποιήσωμεν.* § 28 *ὅτι—τοὺς ἥττους αἱρούμεθα καὶ πόλεμον ποιούμεθα δι' ἑτέρους* [1]). § 37 *ναῦς οὐκ ἐκτήμεθα-τούτων τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τῶν κακῶν.* Porro ad homoeoteleuta, ut mihi quidem videtur, evitanda verborum constructiones nonnumquam mutatae sunt. II, § 6 *εὐτυχέστατοι μὲν οἱ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοντες, σωφρονέστατοι δὲ οἳ ἂν τάχιστα μεταγιγνώσκωσι* (pro *οἱ-μεταγιγνώσκοντες*). § 9 *οὐδεὶς δυσδαιμον έστερος,-ἁπάντων ἐγὼ ἀθλιώτατος.* Ac prorsus Aodocidi convenit, quod III, § 34 homoeoteleuton deletum est apposito verbo quo orationem

---

[1]) At non nego, fieri potuisse vi oppositionis, quae intercedit inter *δι' ἑτέρους* et *ἡμᾶς αὐτούς*, ut illa vox in exitu prioris enuntiati poneretur.

facile carere potuisse puto: *ὅρκοι τε ὀμοσθήσονται στῆλαι τε σταθήσονται γεγραμμέναι*[1]). Ex quibus omnibus apparet, in una quaque oratione facienda Andocidem plus operae tribuisse homoeoteleutis vitandis quam parandis.

Atque iam orator ille pro suo simplicitatis dicendi studio non multus est in adhibenda paronomasia. Cuius figurae quae inveniuntur exempla paucis exceptis sine certo consilio ficta aut ipsarum sententiarum responsionibus adducta sunt. I, § 4 *ᾧ ἔ ξεστι-μὲν-ἔστι δέ.* § 24 *περιφανῶς ἐλέγχονται ψευδόμενοι-ὑμῖν ἀποδείξω ψευδομένους αὐτούς.* § 25 *τῶν γὰρ φευγόντων-οἱ μέν τινες ἀπέθανον φεύγοντες.* § 39 *ὅντινα βούλοιτο-ὅντινα δὲ μὴ βούλοιτο.* § 40 *εἰπεῖν-εἰπών.* § 59 *εἰπόντος-εἰπών.* § 72 *μὴ πείθων μὲν·πείσας δὲ κτλ.*, qua paronomasia etiam artificiosius fingi poterat haec: *μὴ πείθων μὲν-πείθων δέ,* nam temporum ratio nullo sensus discrimine ab oratore mutata esse mihi videtur. I, § 99 *πότερον κύριος ὁ νόμος ὅδ' ἔστιν ἢ οὐ κύριος;* § 109 *ἀγαθοὶ ἐξ ἀγαθῶν ὄντες.* § 134 *συνῴκει-τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί, ἱερεὸς ὢν τῆς μητρὸς καὶ τῆς θυγατρός.* § 138 *εἰς ἣν πολλοὶ ἤδη ἐκπεσόντες κακοῖς τοῖς μεγίστοις περιέπεσον.* III, § 12 *νῦν μὲν οὐκ ἐπάναγκες-τότε δ' ἐπάναγκες*[2]). ibid. *ἔχειν τοὺς ἔχοντας.* § 26 *μὴ βοηθούντων μὲν-βοηθούντων δέ.* — I, § 20 *εἰ ἐμήνυσα μὲν κατὰ τοῦ πατρός,-ἱκέτευον δὲ τὸν πατέρα ; καί ὁ πατὴρ ἐπείσθη.* III, § 17 *οἵτινες ἀρχόμενοι-πολεμεῖν ἦρχον-νῦν δ' αὐτοῖς ὑπάρχει.* Aliquanto deinde artificiosius dicta sunt II, § 1 *κοινή ἐστι-κοινά ἐστι* II, § 22 *αἰτῶ-ἀπαιτῶ.* III, § 27 *πολεμεῖν-ἐμπολεμεῖν*[3]). § 41 *πρεσβευτὰς οὖν πάντας ἡμεῖς οἱ πρέσβεις ποιοῦμεν.*

Aliarum denique annominationum exempla in tertia oratione nulla, in reliquis paucissima animadvertuntur[4]).

---

[1]) cfr. III, § 22.

[2]) Miror quod Linderus (l. c. p. 49) hunc locum in numero iterationum earumque negligentius adhibitarum retulit; de quibus videas p. 42 sq.

[3]) v. p. 22.

[4]) *De parechesi* II, § 24 *σῶμα-γνώμη* v. Blass. I, p. 296,

Sed iam Andocides multus est in eis figuris, quibus orationi aliquid alacritatis tribuatur. Ac primum satis notum est, illum amantissimum asyndetorum fuisse. Quibus adhibitis sententiarum vis saepe gravissime effertur [1]). e. c. I, § 18 *Βλέπετε εἰς τούτους κτλ.* § 43 *ἀνέκραγεν ἡ βουλὴ κτλ.* al. III, § 4 *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ κτλ.* § 6 *οὗτοι ἡμῖν εἰρήνην ἐποίησαν.* § 7 *ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ ἐγένετο.* § 24 *Βοιωτῶν μὴ συμπολεμούντων κτλ.*

Tum vero si non magna ars oratoria tamen vero aliqua facundia laudanda Andocidis cognoscitur ex figuris quae *σχήματα διανοίας* appellantur. Atque multus ille est imprimis in interrogationibus, quibus narrationum aut ratiocinationum tenor saepe cum gravitate sententiarum et elegantia sermonis variatur. Cuius usus simplicissima exempla in tertia oratione haec inveniuntur (reliquarum exempla, quae multa sunt, enumerare longum est neque necessarium): § 2 *πῶς-γενόμενα;* § 4 *ἐν κατελύθη;* § 10 *ἄλλοτι-κατελύθη;* § 15 *τί ποτε-πράξωμεν;* § 16 *πῶς-ἡμῖν;* § 22 *τίνες-θαλάττης;* § 24 *τίνος-Κόρινθος;* § 25 *οὐχ-ἀμύνασθαι;* § 26 *ἰόντων-οὔ;* ibid. *οὐχ-πολεμήσωμεν;* Ac saepe aliae interrogationes aliis excipiuntur: I, § 137 *τίς-θάλατταν; ἐν οἷς-ἔσωζον;* al. III, § 19 *καίτοι ποίας-ἡττήθησαν;* (§ 20) *Βοιωτοὶ-ποιοῦνται;* § 21 *ἡμῖν-ποιήσασθαι, ποίων-τυγχάνοντας;* ibid. *τίνα-σύμμαχοι; οὐ-ἐρημοῦν; οἱ δὲ-ἦσαν; οὐ-ἔργων;* — § 23 *ποίαν-ἥκειν; οὐ ταῦτα;* — § 26 *βοηθούντων-Λακεδαιμονίοις; ἵνα-γένηται;* — § 31 *ταῦτα-ἡμῖν; τίνα-ἐποιήσαντο;* Iam vero eadem dicendi vis invenitur in his hypophoris: I, § 148 *τίνα γὰρ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν. ἀλλὰ τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσίν. ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται.* III, § 14 *ἵνα ἡ πόλις ἡμῶν ἐλευθέρα ᾖ; ἀλλὰ—παρεσκευάσθαι* (§ 15). Eaedem in his sunt et interrogandi et respondendi vices, eaedem anaphorae [2]) similisque brevitas dicendi

---

[1]) Asyndetum **neglegentius** paratum in tertia oratione unum exemplum exstat § 8. v. p. 19—20.

[2]) v. p. 21.

Tum nonnumquam dilemmata, quae vocantur, eorumque pleraque similibus verbis finguntur: I, § 57 *εἰ μὲν γὰρ ἦν δυοῖν τὸ ἕτερον ἑλέσθαι, ἢ-ἢ κτλ.* II, § 7 *ὥστ' ἀνάγκην μοι γενέσθαι δυοῖν κακοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ-ἢ κτλ.* III, § 26 *πολλὴ γὰρ ἀνάγκη ὁπότερον τούτων ἑλέσθαι.* § 28 *ἡμᾶς δεῖ δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ-ἢ κτλ.* — I, § 20 *ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτάνειν, ἢ γὰρ-ἢ κτλ.* II, § 2 *δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἤτοι ἀμαθεστάτους εἶναι-ἢ τῇ πόλει δυσμενεστάτους. εἰ μέν γε-εἰ δὲ κτλ.*

Tandem praeter has figuras sententiarum per se sane simplices, ut adhortationes praetermittam, in tertia oratione nullae, in reliquis paucissimae aliae eaeque illis, quas enumeravi, haud artificiosiores inveniuntur.

Sed iam et primae et tertiae orationis similitudo paene admirabilis in eo posita est, quod orator ad easdem vel similes sententias explicandas nonnumquam eorundem, saepe paene eorundem verborum ambitus paravit, ita ut alio loco alius memoriam renovari clarissime intellegamus. Atque huiusmodi repetitio maxime eximia exstat in tertia oratione. In qua Andocides cum demonstrare studet, quot quantaque commoda Athenienses ex duabus pacibus olim cum Lacedaemoniis initis perceperint, uno eodemque enuntiato eoque ex verbis haud paucis composito bis utitur: § 5 *καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγαθὰ τῇ πόλει καὶ δύναμις τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο.* § 7 *ταῦτα-ἐγένετο.* Et inessent in utroque loco prorsus eadem verba, nisi alter particula *καί* posita ad antecedentia verba adnexus, alter asyndetice dictus esset. Iam conferas I, § 126 et § 127: *λαβόμενος τοῦ βωμοῦ ὤμοσεν ἦ μὴν* — . Cuius repetitionis vim orator haud paullo auxisse mihi videtur asyndeto, quo in altero usus est, in altero quoque servato. Neque errare me puto, quod qui verborum concentus I, § 136 et § 149 animadvertitur, eum effectum esse confirmo eo, quod Andocides cum alteram sententiam pronuntiavit, alteram memoria tenuit: *οἷς καὶ προσήκει ἀνδράσιν εἶναι καὶ ἀγαθοῖς καὶ-βουλόμενοι δυνήσονται κτλ.* — *οἷς προσήκει ἀν-*

δράσιν ἀγαθοῖς εἶναι καὶ βουλόμενοι δυνήσονται. Ubi quae reliquorum verborum differentia deprehenditur, sententiarum varietati debetur.

Contra plurium enuntiatorum iterationes, ceterum tamen satis admirabiles, nullo cum sententiarum discrimine leviter variantur: III. §. 3. *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἔσθ' ὅπου κατελύθη; οὐδεὶς ἀποδείξει.* — §. 5 *καὶ ἐν τοσούτῳ τῷ χρόνῳ ἔστιν ὅπου, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ δῆμος κατελύθη; — οὐκ ἔστιν ὅστις ἀποδείξει.* Quorum locorum in utroque, ut reliquas varietates quae levioris momenti sunt praetermittam, oratori per antecedentes quasque enuntiationes [1]) licebat ponere aut *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ* aut *ἐν τοσούτῳ τῷ χρόνῳ.* — ibid. §. 5. *τριακοσίους ἱππεῖς κατεστησάμεθα καὶ τοξότας τριακοσίους ἐπριάμεθα.* § 7. *χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππεῖς καὶ τοξότας τοσούτους κατέστημεν.* — ibid. §. 11. *καὶ τὰ τείχη καθαιρεῖν καὶ τὰς ναῦς παραδιδόναι καὶ τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι* §. 31. *τὰ τείχη κατασκάπτειν κὰ τὰς ναῦς παραδιδόναι καὶ τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι.* — ibid. §. 37. *ταύτην λαβόντες ἀφορμήν.* §. 39. *ταῦτ' ἔχοντες ἀφορμήν.* Atque cum his locis comparanda est, siquidem libris manuscriptis fidem habeamus licet, haec varietas: I. §. 29. *ἠσέβηκα-μεμήνυκα-ὡμολόγηκα.* §. 32. *ἢ ἠσέβηκα ἢ ὡμολόγηκα ἢ ἐμήνυσα* [2]) Similisque et iterandi et mutandi ratio elucere mihi videtur ex his locis: I §. 59. *τὴν πόλιν ἐκ φόβου καὶ κακῶν τῶν μεγίστων ἀπήλλαττον.* §. 66. *πολλῶν κακῶν καὶ κινδύνων ἀπαλλαγέντες.* §. 68. *ὑμεῖς δὲ ἀπηλλάγητε μεγάλων φόβων.*

Atque ut pergamus Andocides pro sua in dicendo negligentia saepe intra paucorum ambituum fines nimis multum versatur in eisdem verbis adhibendis, ita vero, ut paronomasias vel alias figuras appetivisse non videatur. Cuius consuetudinis saepenumero molestissimae, quae eo maxime effi-

---

[1]) §. 4. *καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα.* — *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ κτλ.* et § 6. *οὗτοι ἡμῖν εἰρήνην ἐποίησαν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τριάκοντα - καὶ ἐν τοσούτῳ τῷ χρόνῳ κτλ.*

[2]) v. p. 10. huius comment.

citur, quod orator, ut est verborum ambagibus propensus, saepe in una eademque sententia explicanda iusto diutius moratur-illius igitur quotcunque exempla inveni, ea enumerabo, ut intellegas, quae sit in hac re imprimis et tertiae et primae orationis similitudo sane admirabilis (in secunda enim, quippe quae multo diligentius [1]) conscripta sit, ille usus minus frequens est) [2]): I. §. 5. *οὐκ ἂν δεξαίμην — πολὺ ἂν δεξαίμην εἶναι.* §. 8. *τῶν γεγενημένων-τὰ γεγενημένα.* §. 26. *ἔφυγε-ἔφυγον.* §. 56. *σωθέντι μὴ δοκεῖν κακῷ-καὶ δοκεῖν ὑμῖν εἶναι μὴ κακός.* ibid. *οὔτε μετὰ κακίας-οὐ μετὰ κακιάς.* §. 58. *ἐγὼ μὴ εἰπὼν-ἐγιγνόμην μὴ εἰπών.* ibid. *ἐν κακοῖς τοῖς μεγίστοις.* §. 59. *ἐκ κακῶν τῶν μεγίστων.* §. 71. *ὃ εἶπεν Ἰσοτιμίδης-ὁ μὲν γὰρ εἶπεν.* §. 75. *προστάξεις-πρόσταξις.* ibid. *οἵτινες οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν-τούτων ἦσαν οὗτοι ἄτιμοι.* §. 99. *συκοφαντῶν ἔζης-συκοφαντῶν ἔλαβες.* §. 107. *προτάξαντες-ἀντιτάξασθαι.* §. 127. *εἰσάγειν-εἰσάγειν.* §. 134. *γνόντες τὸ πρᾶγμα-ἃ οὗτοι γνόντες.* II. §. 8. *ἐκ τῶν παρόντων — τοῦ παρόντος κακοῦ.* §. 24. *ἐν τῇ γνώμῃ παρέστηκεν-γνώμῃ ἁμαρτάνουσιν.* III. §. 4. *ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ-διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην.* §. 7. *ἐξαίρετα εἶναι-καὶ ταύτας ἐξαιρέτους εἶναι.* §. 13. *τοίνυν-τοίνυν.* §. 18. *νενικήκασι μαχόμενοι-ἐνίκων μαχόμενοι.* §. 19. *ἐῶντες τοῖς ἡττημένοις-ἡττήθησαν.* §. 23. *διδόασιν-διδόασι.* I. §. 38. *ὁρᾶν-ὁρᾶν-ὁρῶν.* §. 41. [*εἰπεῖν εἰπών*] [3])-*εἰπεῖν-εἰπεῖν.* II §. 10 *γνοὺς τὰς ἐμαυτοῦ συμφορὰς-ἔγνων ἥδιστον εἶναι-ἔγνων λυσιτελεῖν.* III. §. 2. *μηδεπώποτε πρότερον-πολλάκις ἤδη πρότερον-τοῖς πρότερον γενομένοις* (paullo ante *τὰ τότε γενόμενα*). §. 31. *ἐπείσθησαν-πείθοντες-οἱ πεισθέντες.* §. 32. *νῦν οὖν-καὶ νῦν-τοὺς νῦν ἔχοντας.* § 37. *κατεργάσασθε-κατειργάσατο* — §. 38. *κατεργασάμενοι.* Sed longe omnium memoria dignissimae hae repetitiones sunt. I. §. 113. *θεῖναι τὴν ἱκετηρίαν* — §. 114. *ἔθηκα τὴν ἱκετηρίαν-τιθεὶς τὴν ἱκετηρίαν-ἔθηκα* — §. 115. *ἱκετηρίαν θείη-θείην*

---

[1]) v. Blass. l. c. I. p. 316.

[2]) Multa huius generis exempla enumeravit Linderus l. c. p. 49. et p. 68.

[3]) *De hoc loco p. 24.*

τὴν ἱκετηρίαν — §. 116. ἱκετηρίαν θῆ-θείη τὴν ἱκετηρίαν-θεὶς τὴν ἱκετηρίαν — §. 117. ἐτίθει τὴν ἱκετηρίαν. Quarum repetionum, quibus nullas molestiores fingi posse censeo, frequentia eo magis mira est, quod Andocidem aliis locis et primae secundaeque et tertiae orationis non modo in longioribus enuntiatis repetendis, de quibus supra diximus, sed etiam ubi brevium vocium notiones intra paucorum verborum spatium aut pro negligentia sua aut de industria aeque iterum atque iterum usurpat, a levibus mutationibus haud abhorrere video. Quam rationem ne hoc quoque loco semel paratam esse putemus cavendum est; orator enim quod §. 114. solum verbum ἔθηκα posuit, non tam varietatem quam pressiorem oppositionem verborum οὔτε ὑπήκουσα-οὔτ' ἔθηκα appetivit.

Sed iam mutationum, quas certo variandi studio deberi putem, haec sunt exempla: I. § 15. κατὰ τὴν μήνυσιν-ᾤχοντο φεύγοντες. §. 16. ἔφυγον ἐπὶ ταύτῃ τῇ μηνύσει. §. 19. μηνύσαιμι-γενοίμην μηνυτὴς κατὰ τοῦ πατρὸς — §. 20 ἐμήνυσα κατὰ τοῦ πατρός. al. II. §. 16. ἢ τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ἐργάζεσθαι §. 17. ὅσοι καλὸν τὴν πόλιν κατεργάζονται, τί ἄλλο ἢ-ποιοῦσιν ὑμᾶς εἴ τι τυγχάνουσιν ἀγαθόν; §. 18. ὅστις τὴν ἑαυτοῦ πόλιν-ἀγαθόν τι ἐργάζεσθαι - ὅστις - τολμῴη ἀγαθόν τι ποιεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας. — III. § 11. ὅταν κρατήσωσι κατὰ τόν πόλεμον-ὥσπερ ἡμῶν κρατήσαντες Λακεδαιμόνιοι τῷ πολέμῳ. ibid. §. 16. ἐκ παντὸς τρόπου. §. 17. τίνι τρόπῳ. §. 18. τὸν αὐτὸν τρόπον. — ibid. §. 4. τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο-καὶ ἐνεμείναμεν ταύταις ταῖς σπονδαῖς [1])-ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ. ibid. §. 5. ἀντὶ δὲ τῶν τριήρων-ἀντὶ δὲ τούτων τῶν νεῶν. Ac nescio an in hoc numero referenda sit haec pronominis reflexivi varietas: I. § 3. καταγνόντες αὐτῶν ἄδειαν-οἵαπερ καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔγνωσαν-οἵανπερ καὶ αὐτοὶ περὶ αὑτῶν ἔσχον.

---

[1]) Haec mutatio eo memorabilior est, quod Andocides paulo post, quamvis argutius quam verius, comprobare studuit, discrimen aliquod interesse inter voces εἰρήνη et σπονδαί: §. 11. εἰρήνη γὰρ καὶ σπονδαὶ πολὺ διαφέρουσι σφῶν αὐτῶν κτλ.

Quarum omnium mutationum similitudine mihi persuasum est Andocidi convenire hanc varietatem: I. §. 21. εἰ καὶ ὁ πατὴρ ἐβούλετο ὑπομένειν, τοὺς φίλους ἂν οἴεσθε ἢ ἐπιτρέπειν αὐτῷ μένειν ἢ ἐγγυᾶσθαι. Quam sic interpretor, ut oratorem in altero enuntiato significantiorem vocem, in altero minus significantem de industria posuisse velim. Aliter vero res se habet I. §. 17, ubi ὁ δὲ πείσας καὶ δεόμενος μεῖναι dicitur verbo ὑπομένειν non antecedente. Neque probo, ab Hirschigio [1]) μεῖναι mutatum esse in ὑπομεῖναι ad similitudinem paragraphi 19: ὁ δὲ πείσας ὑπομεῖναι. An non licebat Andocidi, ibi simplicem notionem manendi sive remanendi sumere pro illa voce forensi? Adde quod earum quoque mutationum, quas supra enumeravimus, nullam certam rationem esse apparet; ex quo sequitur, ut nobis non liceat, nisi sententiarum ratione cogente, sensui nostro indulgentibus illiusmodi varietates quamvis praeter spem nobis occurrentes, fide librorum manuscriptorum neglecta eiicere. [2])

Tandem commemoratione digna est negligentia ea, quae posita est in eisdem coniunctionibus intra finitimorum ambituum fines repetendis Quem usum praeceptis [3]) rhetorum repugnare notum est I. §. 62 ὡς ἐμοῦ ποιήσοντος, ὡς ἔφη (hanc iterationem variis significationibus particulae ὡς minus duram reddi non existimo). §. 92. εἰ γὰρ ἦλθεν, ἔδει᾽ ἂν —. ὁ γὰρ νόμος κτλ. III. §. 11. εἰρήνη γὰρ-εἰρήνην μὲν γὰρ κτλ. § 21. καὶ γὰρ εἴ τις-τὰ᾽ γὰρ ὄντα λέξω. πρῶτον μὲν γὰρ κτλ. [4])

Atque ex omnibus exemplis, quae adhuc enumeravi, satis, ut mihi videtur inter se similibus apparet, Andocidem neque in periodis componendis neque in singulis verbis adhibendis magnam artem consumpsisse, saepenumero iusto negligentiorem fuisse. Neque iam multa aut in tertia oratione

---

[1]) Philol. 1850. p. 318.

[2]) Contra I. §. 2. Hirschigius παραμεῖναι haud sine specie veritatis in ὑπομεῖναι (cf. §§. 3. 4.) mutavit.

[3]) v. Isocrat: frg. 13. τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι. cf. Blass. l. c. II. p. 158.

[4]) *cf. Blass.* ibid. et I. p. 126. ad. Antiphont. 2 γ 7 annot.

aut in reliquis invenies, quae etiam incomptius et simplicius dici potuerint. Atque ut quae pauca exempla poeticae dictionis exstant transeam, utpote quae iam a Blassio [1]) omnia enumerata sint, Andocides suam cuique voci vim propriam tribuere solet, pauca verba translate dicit [2]). Quo eodem simplicitatis studio efficitur, ut admodum raro ad unam eandemque rem indicandam plura verba eaque similis significationis copiose coniungantur. [3]) I. §. 63. *γεγένηται καὶ πέπρακται ἡμῖν ταῦτα.* ibid *ἡσυχίαν ἔχειν καὶ σιωπᾶν.* §. 74 *τὴν οὐσίαν εἶχον καὶ ἐκέκτηντο.* §. 139. *ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν.* §, 144. *εἰς πενίαν πολλὴν καὶ ἀπορίαν.* III. §§ 5. 7. *καὶ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τῇ πόλει καὶ δύναμις τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο.* [4]).

Tum Andocides aeque parcus est in circumlocutionibus adhibendis. Quarum simplicissimae eaeque longe frequentissimae illae sunt', quae finguntur participio cum verbo *εἶναι* coniuncto pro simplici verbo finito. I. §. 12. *τούτους εἶναι τοὺς ποιοῦντας.* §. 17. *ὁ δὲ πείσας καὶ δεόμενος ἐγὼ ἦν.* §. 19. *ὁ ἀπογράψας αὐτὸν Λυδὸς ἦν - ὁ δὲ πείσας ἐγώ.* II. §. 15. *οὗτοι ἦσαν οἱ διασώσαντες.* III. §. 21. *οἱ δὲ διακωλύσαντες - τίνες ἦσαν.* §. 41. *οὗτος ὁ πρεσβεύων ἐστί.* Alias tandem in tertia oratione nullas, in reliquis paucissimas easque haud multo illis, quas attuli, artificiosius paratas animadverti.

Quae cum ita sint, tenuitas illa dicendi (*ἰσχνὸν γένος*) et ieiunitas Andocidea, quam iam veteres grammatici [5]) cognoverunt, etiam ex hac tertia oratione elucet.

---

[1]) l. c. I. p. 291 et p. 325.

[2]) cfr. Blass. l. c. p. 291.

[3]) In prima oratione secundum morem illum notissimum cum reliquorum scriptorum tum oratorum saepe plura verba precandi coniunguntur: §. 19. *ἱκετεύσας καὶ λαμβανόμενος τῶν γονάτων.* §. 21. *παραιτεῖσθαι καὶ δεῖσθαι.* §. 30. *οὐδὲν δεόμενον οὐδὲ παραιτούμενον.* §. 149. *εἰς ὑμᾶς καταφεύγω καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω.* v. Frohberger, ad. Lys. I. 25.

[4]) Una eademque res et positive et negative explicatur I. §. 36. *χρῆναι ἐπιζητεῖν καὶ μὴ παύσασθαι.* §. 42. *δώσειν διαψεύδεσθαι καὶ οὐ διδόναι.*

[5]) v. Blass. l. c. I. p. 290.

Iam restant nonnullae res memoria non indignae, quae in certum ordinem redigi non possunt.

Atque primum eximia orationum Andocidearum similitudo intellegitur ex usu articulorum ante nomina propria, quae vocantur, aut positorum aut omissorum. Qua in re Andocides plerumque cum Lysia et Isocrate facit[1]).

Nomina populorum nisi Atheniensium et universorum Graecorum numquam articulum ad se adsciscunt. Quae consuetudo ab Andocide cum in prima et secunda oratione tum undequinquaginta fere locis tertiae accuratissime servata in III. §. 30 si libris fidem habere liceret, praeter omnium exspectationem neglecta esset: *τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων εἴη τῶν Ἐγεσταίων καὶ τῶν Καταναίων.* Sed mihi persuasum est, *τῶν* in *τῆς* mutandum esse.

Nomen *οἱ Ἕλληνες* semper cum articulo coniungitur. I. §§. 32. 128. 130. 143. III. §. 5.-*πάντες* (sive *ἅπαντες*) *οἱ Ἕλληνες*: I. §§ 33. 107. 140. III. §. 17.

Nomen *Ἀθηναῖοι* longe saepissime articulo caret. I. §§. 17. 39. 45. 51. 53. 58. 123. 139. III. §. 10 — ibid. §. 6. *Ἀθηναίων ἁπάντων.* Contra articulus legitur I §. 135. *τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων.* III. §. 31. *ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων.* Idemque constanter libris exhibetur in formula illa, ut ita dicam quae in tertia sola oratione invenitur: *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων* III. §§. 2. 10. *τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων* §§. 5. 7; quibus lectionibus neglectis Weidnerus quod ex alteris locis *τῶν* eiiciendum, alteris in *τόν* mutandum esse censuit, nescio an iure usitatam illam dictionem *ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων* Andocidi tribuerit.

Nomina terrarum articulis carent praeter haec duo: *ἡ Ἑλλάς.* I. §§. 107. 143. III. §. 18. *ἡ Λακωνική* III §. 31, utpote quorum utrumque pro origine sua generis adiectivi sit (cfr. Pertzium l. c.).

---

[1]) cf C. A. Pertz, Quaestionum Lysiacarum caput primum (progr. gymnas. Clausthal) 1867. Cuius libelli, quem ipsum inspicere mihi non contigit, summam repetivit Rauchensteinius (Philol. Jahrb. *1860, p. 322—25*).

Nomina urbium articulis carent uno excepto II. § 22. *τὰς Ἀθήνας*, cuius vocis hoc unum exemplum apud Andocidem exstat. Varius vero usus est nominis *Πειραιεύς*: *ὁ Πειραιεύς* dicitur II. §. 21. III. § 4. Piraeenses denique ab Andocide in Lysiae morem appellantur *οἱ ἐν Πειραιεῖ* I. §. 45.

Tandem haud aeque certus est usus nominum singulas personas significantium. Ac longe quidem plurimis locis uniuscuiusque orationis Andocideae articuli ante illa desunt, tredecim fere locis primae orationis sine ullo certo consilio positi sunt. [1])

Βασιλεύς (Persarum rex) dicitur articulo non apposito I. §. 107. III §. 29. (*τὴν βασιλέως δύναμιν*, ibid. *βασιλεῖ*). *ὁ βασιλεύς*: I. §. 107. (*τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως*) III §. 29. (*τῷ δούλῳ τοῦ βασιλέως*. Quarum lectionum varietati num fidem habere nobis liceat, ego diiudicare nolim.

Saepe et in prima oratione et in tertia subiecti anticipatio, quae vocatur, adhibita est: I. §. 4. *οὐχ ὁρᾷ τὴν πόλιν ἡμῶν ὡς διάκειται.* §. 10. *οὐδ' οἶδα τοὺς μηνύσαντας οὔτ' εἰ ψευδῆ οὔτ' εἰ ἀληθῆ ἐμήνυσαν.* §. 26 *ἐλέγξῃ με ὅτι ψεύδομαι.* §. 52. *ἐλογιζόμην πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς ἐξημαρτηκότας καὶ τὸ ἔργον εἰργασμένους, ὅτι κτλ.* §. 92. *σκέψασθε τοὺς κατηγόρους, τί-κατηγοροῦσι.* §. 124. *τὸν υἱὸν-σκέψασθε, πῶς γέγονεν.* §. 133. *οὓς ὑμεῖς ἴστε οἷοί εἰσιν.* §. 134. *γνόντες τὸ πρᾶγμα οἷον εἴη.* §. 139. *εἰδὼς τοῦτον οἷός ἐστιν.* III. §. 17. *ἐνθυμήθητε οὖν τῶν πόλεων τὰς μεγίστας τίνι τρόπῳ καταλύονται.* §. 20. *τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη.* §. 35. *τὰ δ' οὐκ ὄντα λογοποιεῖν ὡς ἔστιν ὑμῖν ἕτοιμα.* ibid. *λογίζεσθαι τὸν πόλεμον ὅσα ἀγαθὰ ὑμῖν κατειργάσατο.* §. 36. *οὐ γιγνώσκειν τὰς διαλλαγὰς αἵτινές εἰσιν.*

---

[1]) De quo usu quae etiam plura habeo, quae dicere possim, ab eo quod hac commentatione mihi proposui exsequendum, aliena sunt.

In nonnullarum particularum usu Andocides versatur frequentissimo, imprimis correlativarum [1]) quae dicuntur:

τὲ-τὲ: I. §§. 24. 80. 82. III. §§. 2. 32. 34.

τὲ-καί: I. §§. 12. 27. 48. II. §§. 16. 17. 18. 19. 20. 22. 23. III. §§. 9. 26. 39.

εἰ μὲν-ὅπου δέ: I. §. 57. III. §. 2. II. §. 1. (εἰ μὲν-ὅπου μέντοι).

τοῦτο μὲν-τοῦτο δέ [2]) quater inveniuntur: I. § 103 (τοῦτο μὲν-τοῦτο δὲ-τοῦτο δέ). II §. 16. 17. III. §. 40.

In usu particularum μέν et δέ collocandarum Andocides reliquorum scriptorum consuetudinem sequitur [3]) uno loco excepto I. §. 102. ὑπὸ μὲν τούτων-ἐν ὑμῖν δέ. De I. §. 99. ἐν δημοκρατίᾳ μὲν-ἐν ὀλιγαρχίᾳ δέ et §. 106. οἱ τύραννοι μὲν-ὁ δὲ δῆμος cfr. Kruegerum (gramm. gr. 68, 5, 4.).

In pronominibus personalibus adhibendis Andocides, siquidem libris fidem habeamus licet, nonnumquam ab usitata dicendi ratione recedit:

αὐτόν pro ἐμαυτόν traditur I. §. 114: αὐτὸς μὲν αὐτὸν ἀπώλλυον.

σφᾶς αὐτοὺς pro ὑμᾶς αὐτούς (vel potius pro ἀλλήλους): II. §. 8. οὕτω σφόδρα σφᾶς αὐτοὺς ἐπεφόβησθε.

pronomen reflexivum [4]) pro reciproco legitur: I. §. 135. ἔδοσαν σφίσιν αὐτοῖς λόγον. II. §. 8. (quem locum supra attuli). III. §. 11. εἰρήνη γὰρ καὶ σπονδαὶ πολὺ διαφέρουσι σφῶν αὐτῶν.

---


[1]) Quam consuetudinem Andocideam ab eo, qui quartam quae vulgo fertur orationem scripsit non cognitam esse, apparet ex usu mirum quantum parco illius modi particularum: καὶ-καί §. 14. (duobus locis) §. 37. τὲ-τὲ §. 35. οὔτε οὔτε §. 8. 16. 17. 18. μήτε-μήτε §. 7. 18. ἤ-ἤ §. 29.

[2]) cfr. Blass. I. p. 292.

[3]) Krueger. Gramm. gr. 68, 5, 1 sq. et 50, 1. 13.

[4]) ibid. §. 51, 2, 16.

Atque iam permulta haberem quae dicerem, si in animo esset, totum usum dicendi Andocideum adumbrare. Ex eis vero, quae attuli, quamvis per se pauca sint, plures tamen fortasse orationum Andocidearum similitudines cognoscuntur quam pro brevi tertia oratione exspectaveris Tamque similem esse puto usum et rhetoricum et grammaticum, ut si quis iam tertiam orationem Andocidi abiudicare velit, eundem ne reliquas quidem illius oratoris esse iudicare necesse sit.



Vita.

Waltherus Francke natus sum pridie Idus Octobres a. h. s. LIII Cizae in urbe Saxo-Borussica patre Guilelmo, quem ante hunc octavum annum mortuum esse vehementer doleo, matre Theresia e gente Becker, qua quod adhuc superstite laetor Deo O. M. gratias habeo maximas. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam per novem annos gymnasium episcopale Cizense frequentavi, testimonio maturitatis munitus tempore paschali a. LXXIII, litterarum unversitatem Lipsiensem adii imprimis litteris antiquis et theodiscis me daturus; audivi per tria semestria viros clarissimos Curtium. Fritzchium, Hildebrandium, Langium, Lipsium, Ritschelium, Zarnckium. Tum in universitate Halensi per duos annos interfui scholis virorum illustrissimorum Bernhardyi, Dittenbergeri, Erdmannii, Haymii, Keilii, Krameri, Zacheri. Seminarii regii philologici sodalis per annum fui. Praeterea mihi contigit Dittenbergeri et Keilii gratia, ut societatibus philologicis per senos menses, Zacheri, ut excercitationibus theodiscis per tria semestria interessem. Quibus viris optime de me meritis gratias quas debeo maximas habeo semperque habebo.

Theses.

I.

Simplicitas dicendi, quae Andocidis est, haud parva ex parte certo huius oratoris consilio debetur.

II.

Soph. Ai. vv. 961—73. e variis recognitionibus confusi sunt.

III.

Thucyd. V, 22, 2. lectionem a Classeno propositam (*ἐποιοῦντο, τούς τε κτλ.*) probo, nisi quod *πρὸς γὰρ ἂν τοὺς Ἀθηναίους χωρεῖν* servandum puto.

IV.

Antiph. I, 6. verba inde a *καίτοι* usque ad *ἐπεξελθεῖν* emendatione non egent.



